



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Titul. 2. Actus virtuosi ab infirmo exercendi, quibus se disponat ad mortem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

*Actus virtuosi ab infirmis exercendi,  
quibus se ad mortem dispo-  
nant.*

TITUL. II.

Principales sunt hi septem : actus contritionis, res-  
ignationis, fidei, Spei charitatis, invocationis, & desi-  
derij videndi Deum.

*Actus Contritionis.*

Primò, doleo, quod offenderim te Dominum  
Iesum Christum, non propter ea, quæ a te sperare  
non mere possunt; sed quia in te ipso es infinita bonitas,  
pulchritudo æternâ, dulcedo inæstimabilis, infinitè  
amabilis, admirabilis, desiderabilis.

*Varie for-  
mula. Actus  
Contritionis.*

Secundò, me peccasse doleo, O æterne Deus meus,  
& non propter aliam causam aut motiuum, quam pro-  
prietatem tuam, quia te summum meum bonum  
peccatis meis offendi, & ad iram provocavi.

Tertiò, displicet mihi ex toto corde, quod sanctam  
tui legem prævaricatus sim, Tibique utpotè infinitæ  
bonitatis infinito amore dignæ magnam dederim displi-  
cite causam.

Quartò, vellem & optarem me non offendisse Te  
dulcissimum Iesum, Creatorem & Redemptorem meum,  
qui te offendendo, tibi quoque, cui toto cordis affectu  
obediendum erat, inobediens extiti.

Quintò, odio prosequor omne & quodcumque pec-  
catum, in quantum est auersio à Deo, ultimo meo & su-  
pernaturali fine, ad quem creatus fui.

Sextò, abominor omnia & singula peccata præterita,  
quæ eorum causa feci iniuriam Deo meo, idque  
meum omne debitum & rationem, juxta quam plus  
debetur amare Deum propter infinitam ejus bonitatē,  
quam omnem aliam creaturam.

G Septimò,

ACTUS  
CONTRITIONIS

Septimò, detestor cuncta peccata commissa, propter pœnas Inferni duntaxat, & propter turba-  
qua inficiunt animam meam; sed potius, quia iniurio,  
sio, injuria & offensa Dei mei, & ubi deficeret cogi-  
ta motiva, propter hoc ultimum solum peccatum  
ac doleo me offendisse Deum meum.

Octavò, *Domine, peccavi, miserere mei, peccasse. Cupio emendare, quod feci. Deus propiti-  
mibi peccatori. Tibi soli peccavi, & malum coram  
Peccavi, & malum coram te feci. Iam nunc  
vocari filius tuus.*

### Actus Resignationis.

*Modi se re-  
signandi  
Divina  
voluntati.*

Primò, totum me resigno & commendo  
Dei, ordinet de me juxta sanctissimam suam voluntatem  
quodcunque sibi placuerit.

Secundò, in omnibus, & in morte, &  
me resigno Divinae voluntati; ut de me disponat  
majorem suam gloriam, & ad bonum spirituum  
mea.

Tertiò, nec mortem, nec vitam desidero  
vivere, nec mori cupio; sed solum purum beneplacitum  
Dei.

Quartò, Tibi, Domine, offero hanc resigna-  
tionem simul cum eâ, quam fecit S. Paulus  
stolus, dicendo: *Ecce me Domine, quid vis me  
& multò magis cum resignatione sanctissimam  
tuæ, quando dixit: Ecce Ancilla Domini, sicut  
cundum verbum tuum.*

Quintò, Tu solus, O Deus meus, es primus  
infallibilis, & summa rectitudo in omnibus rebus  
non decipis nos, nec decipere potes; quamobrem  
propria me exeo voluntate & sententia, & pro-  
sentio idem planè, quod tu vis ac sentis in  
rebus.

Sextò, solus Deus novit media prædestinationis  
ergò meum non est eligere hæc aut illa, vitam aut  
rem; sed omnia, quæcunque; è manu Dei prædestina-  
tionis meæ acceptare debeo.

Septimò, duo sunt principia vitæ nostræ regulativa, scilicet naturalis, & lex Divina: duci nolo principio falli, sed à secundo infallibili, quod est Divina Providètia, quæ datur exopto, eique me totum resigno.

Octavò, O Domine Jesu Christe, si vis me mori, ea me precorissimum: *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: & que unico temporis momento supervivere cupio, siquidem tuâ non concurrente voluntate extremam vitam experire perditionem & ruinam.*

*Actus Fidei.*

Primò, certam ac indubitam adhibeo fidem omnibus illis, quæ Deus revelavit sanctis Apostolis & Prophetis: quia est prima veritas, nempe, veracillimus; & quia est infinita Sapientia, non potest falli & decipi; & quia est infinita Bonitas, fallere ac decipere non potest.

*Varij modi exercendi Actus Fidei.*

Secundò, credo totum id, quod credit & tenet sancta Ecclesia Catholica Romana.

Tertiò, credo omni veritati supernaturali, cunctisque articulis nostræ sanctæ Fidei, qui continentur in Symbolo Apostolorum.

Quartò, credo ineffabile mysterium sanctissimæ Trinitatis, Patrem, Filium & Spiritum sanctum, tres Personas & unum solum Deum.

Quintò, credo sacrosanctum Mysterium sanctissimæ Incarnationis Christi Jesu veri Hominis, & veri Dei, duas naturas in unâ personâ, & unam personam in duabus naturis.

Sextò, credo Christum Jesum natum ex Maria Virgine, pro nobis crucifixum & mortuum, & resuscitatum sedere ad dexteram Patris, quem expectamus ut Judicem universalem judicaturum vivos ac mortuos.

Septimò, credo futuram aliam superesse vitam, in qua iustis dabitur præmium, injustis verò pœna eterna.

Hæc est fides mea, in quâ mori volo, & precor Deum, ut augeat mihi fidem.

## Actus Spei.

*Motiva ad excitandā* Primò, ecce ego peccatorum miserrimus, de meipso diffidens, confido ac spero in infinita in nobis misericordia & misericordia Dei mei, qui me perducet ad gloriā spem. nem, propter quem creavit me, nimirum, ad gloriā eternam.

Secundò, spero in Deo meo, qui quatenus potest me salvare, & quatenus misericors, benignus & amantissimus vult me salvare.

*Psal. 41.*

Tertio, O Deus meus, Da quod jubet, & quod vis. Jubes, ut speremus in te: *Sacrificium iustitia, & sperate in Domino.* Vanam haud efficies spem nostram; sed dabis nobis, speramus.

Quartò, spero in Sanguine, & in merito. Ex me non mereor gloriam; sed per merito eandem promereor: merita Christi sunt merita quapropter spero in sanctissimo ejus Sanguine, & in sanctissimis ejusdem meritis.

*S. Aug. ad Frat. in e. rem. ser. 74* Quintò, non desperet humana fragilitas, Augustinus, non dicat: *Ibi non ero, non domabo, non tenemus mortem Christi, tenemus Sanguinem Christi.* Plus est, quod dedit Deus, dando nobis Filium, sit illud, quod promisit, promittendo nobis gloriam. Ergò si quod plus est, nempe Filium, tenemus, quod minus est, pura gloriam, speremus.

Sextò, qui pro nobis dedit mortem suam, non dabit vitam suam? Et qui propter nos portavit mortem, dabit bona gloriæ & felicitatis eternæ?

*S. Aug.*

Septimò, Desperarem utique, sed non desperarem, idem S. Augustinus quia Domini vulnera in cordor.

Octavò, nunquam eò deducar, O Altissimus Deus, aut me ita in te injuriosum abire sinas, ut desperem de tuâ bonitate, quia major est bonitas tua, iniquitas mea. Plus potes dimittere, quam ego peccata committere, sperabo semper in te ad ultimum ultimum ritum. *Sperabo in eum, etiamsi occideris me.*



quàm unire me cum Deo animâ & vitâ animæ meæ  
corde cordis mei, & spiritu spiritus mei.

Tertiò, amo infinitum bonum amore colen-  
centiæ, complacendo mihi, quod Deus sit  
qualis est in seipso, Altissimus, Perfectissimus,  
minuentissimus, Primum Principium omnis  
quod continet omne bonum, & increatum  
creatum, & creabile, & à quo promanant  
bona.

Mihi complaceo in infinito esse Dei mei, in quo  
 continentur omnia, tanquàm effectus in sua causa, tanquàm  
 idéata in suâ idéâ, tanquàm participationes in partem  
 esse essentiali.

Complaceo mihi in Deo, in quo est pulchritudo  
 cœlorum, splendor Solis, reverberatio stellarum,  
 planetarum influxus, activitas ignis, vitalitas aeris,  
 fecunditas aquarum, fertilitas terræ. In Deo  
 pratorum amœnitas, florum suavis odor & delectatio  
 camporum agrorumque amplitudo, splendor  
 argenti puritas, honor Regum, gloria Imperatorum,  
 Pontificum reverentia, sanctitas Sanctorum, ac  
 quid boni, pulchri, dulcis ac perfecti in creaturis  
 reperitur.

Complaceo mihi in infinita perfectione Dei  
 quidquid enim boni est in creaturis, à Deo compar-  
 bonitatem suam; quidquid pulchri, à Deo suam  
 pat pulchritudinem & decorem. quidquid est dulci-  
 Deo id refert acceptum. Color, sapor, odor, aliaque  
 suum objecta, quidquid utilitatis, emolumentum,  
 lectabilitatis in se comprehendunt, totum id à Deo  
 totius pulchritudinis fonte, derivant.

Et si verum convincit nostrum intellectum, pro-  
 cipatio ea est primæ & summæ veritatis, quæ  
 strum quietat intellectum; & si bonum in-  
 trahit voluntatem, & ista quoque primæ ac summæ  
 bonitatis, quæ satiat voluntatem nostram, participatio  
 est. Talis igitur est Deus meus. finis & perfectio  
 perfectio & virtus, vita & spiritus omnium  
 Totum producit, totum conservat, totum  
 totum continet.

esse esse Dei, & volo, mihi que complacere hujus-  
 esse competere Deo, & in hoc, O Deus meus,  
 cui compenso amorem tuum; quia si mihi dones te-  
 am, hoc idem esse tibi reddo per amorem; & si amor  
 tuus esset efficax, volendo & amando Deum, darem  
 esse Deo.

Quarto, amo Deum amore benevolentiae, volendo ei  
 bonum, & intrinsecum, infinitas, videlicet, Divi-  
 nitatis eius perfectiones, & extrinsecum, nempe, glo-  
 riam & honorem ab omnibus creaturis, ut omnes cum  
 parent, adorent, eique serviant, veluti infinita illa pro-  
 creetur Majestas.

Quinto, amo Deum amore gaudij, gaudento de infi-  
 nitatis eius perfectionibus. Gaudeo, O summum meum  
 bonum, te esse infinitum, nullumque dari intellectum,  
 quae comprehendere valeat. Gaudeo, te esse immen-  
 sum, & nullum reperiri locum, qui te capere possit.  
 Gaudeo, te esse aeternum, & nullum dari tempus, quod  
 te recurrere queat. Gaudeo, O pulchritudo infinita,  
 aeterno aeterna, Majestas ineffabilis, gaudeo eo gaudij,  
 & letitiae affectu, quo gavisa fuit tua sanctissima  
 Mater, quando dixit: *Exultavit spiritus meus in Deo  
 salvatore meo.*

Sexto, amo Deum amore congratulationis, congra-  
 tulo Deo de infinitis ejusdem excellentiis & perfe-  
 ctionibus. Congratulor, Domine, quod sis illud esse,  
 quod non dependet ab alio esse; sed sis primum esse in-  
 dependens ab omni esse. Congratulor, quod sis illimi-  
 tatus in esse, quia es omne esse: illimitatus in tempore,  
 quia es aeternus: illimitatus in loco, quia es immensus.  
 Collator, te esse Deum, unum in unitate essentiae, &  
 Trinum in Trinitate personarum. Congaudeo te-  
 cum, Pater aeternae, quod pro filio habeas Verbum  
 aeternum. Collator, Verbum aeternum, quod pro  
 Patre tuo habeas aeternum Patrem. Congratulor, sa-  
 ctissime Spiritus, te procedere à Patre & filio, tanquam  
 ab aeterno principio, nec non unam personam in alia, &  
 consubstantialem in quolibet, & quamlibet in omnibus gaudere  
 eandem felicitate perpetua, infinito gaudio, & beati-  
 tudine aeterna.



Seprimò, amo Deum amore transformatione  
 etenim non jam vivo amplius in meipso, sed  
 in Deo; non jam amando me, sed amando Deum  
 & hæc est vis amoris: *Moritur ubi est, & vivit  
 non est.* Ergò cuicumque alteri amoris deinceps  
 nuncio, & Divinum duntaxat cupio amorem  
 moveat, regat, gubernet, ac ducat animam meam  
 omnibus rebus.

Et hic est amor, quo amo Deum meum; &  
 eundem non solum amate; verum etiam per  
 omni studio & perfectione amare desidero, pro  
 Domine, quod, quotiescunque amoris tui  
 actum, eundem elicere intendam cum omnibus  
 stantibus & perfectionibus possibilibus.

Primò, summa cum intentione, desiderans  
 operari ex toto corde, & ex tota anima, & ex  
 viribus.

Secundò, in infinita continuatione, desiderans  
 illum continuare per omne tempus, per omnia secula  
 per totam æternitatem.

Tertiò, cum quâdam quasi infinita multitudine  
 desiderans repetere & replicare hos actus toties  
 tics spiro & respicio tam vigilando, quam  
 miendo.

Quartò, intendo & desidero unire hos actus  
 ris cum actibus amoris Seraphinorum, ac Divinorum  
 suæ animæ, cum actibus amoris suæ Sanctissimæ  
 tris, & trium Divinarum Personarum sanctissimæ  
 nitatis.

Quintò, desique propter amorem hujus amorem  
 tendo ac desidero millenas profundere vias, &  
 omnia martyria, quæ sustulerunt, sufferunt &  
 cuncti sancti Martyres.

### *Actus Invocationis.*

Extremæ necessitatis tempore, quale est hoc  
 pus mortis, summâ nobis diligentia & efficaciter  
 rendum est ad auxilium Dei Sanctorumque jam

hunc exequendi testamentum nobis à Patre nostro  
 laro relictum: *Testamentum hujus mundi, morte*  
*moritur quilibet homo, pro hujus ergo executione*  
*omnium imploro auxilium.*

Primo, in auxilium meum invoco Patrem æternum, *Actus in-*  
*quis & Pater, & Omnipotens est, veluti appellatur in vocationis*  
*symbolo Fidei, & ut Pater me amat, & vult salvere, exercendi*  
*& ut Omnipotens me salvere potest. Ergo, O Pa-* *ad impe-*  
*ter omnipotens, propter omnipotentiam, te rogo, tradendum*  
*me indignissimum filium tuum oculis paterno respici-* *auxilium*  
*ere digneris: Opus manuum tuarum Domine ne de-* *tempore*  
*scias. Protege me, defende me, dirige me tua potenti* *mortis.*  
*Ascendat filius ad Patrem, & Spiritus ad Deum. Hugo*  
*Caro*

Secundo, in auxilium meum voco Unigenitum æter-  
 nis Redemptorem meum, ut sanctissimi Sanguinis  
 gratia me liberet ab omnibus inimicorum meo-  
 rum insidiis, *Tuo famulo subveni, Domine Iesu Christe,*  
*quo pretioso Sanguine redemisti.*

Tercio, recorro ad Spiritum sanctum unicum anima-  
 rum nostrarum sanctificatorem, succurre tua Divina  
 gratia illuminando intellectum in prima veritate, in-  
 flammando & accendendo affectum ad summam boni-  
 tatem, & vestiendo animam meam nuptiali veste sanctæ  
 gratiæ & Charitatis.

Quarto, invoco peccatorum Advocatam, sanctissi-  
 mam Virginem Dei Matrem Mariam, unicam spem  
 meam unicum meum post Christum refugium: *Sancta*  
*Maria, succurre mihi, juva pusillanimes. Recordare,*  
*quod, esto peccatorum vilissimus, servus tamen sim*  
*precioso filij tui Sanguine redemptus, non igitur tan-*  
*tum sanguinem inaniter sparsum iri, neque, quod in sa-*  
*lutaris mee subsidium datum est, in confusionem meam,*  
*in damnationem converti permitte.*

O potentissima Regina, *Quam gloriosum & admira-*  
*bile est nomen tuum, & qui illud retinent, non expa-*  
*vescent in puncto mortis, veluti affirmat devotus tuus*  
*theventara.*

Quinto, ecce, Angele sanctissime, Custos meus,  
 tu me constitutum in æternitatis confinio, &  
 Altiss

Altissimi Judicis tribunali sistendum; rogo te, ut hostium meorum augeatur & multiplicentur ac infidiae, ita tuum quoque amplius patrocinium auxiliium: noli me deserere, defende me, consolare me, insuper & opus salutis meae, quae coepisti, & tanto tempore deinde prosecutus fuisti gloriam Dei nostri comple & perfice.

Sextò, Te quoque S. Michaelem Archangelum, invictum totius caelestis militiae Principem, Protectorem, justumque Defensorem ac Provocatum meritorum nostrorum voco in auxilium cum tuo comitatu Angelico, protectionis tuae expande alas. Tuo id impetrem suffragio & intercessionem, cujus jacturam feci ob iniqua peccata lera mea.

Septimò, denique recurro ad omnes Sanctos & Sanctas caeli incolas: *Subvenire Sancti Dei, occurrere geli Domini, suscipientes animam meam, & offerre conspectu Altissimi.*

*Actus Desiderij videndi Deum.*

*Actus ad excitandū in se desiderium videndi Deum.* Primò, desidero te, Deus meus, vita animae meae, *Vita, per quam vivo, & sine qua morior.* Secundò, desidero videre Deum Patrem, autorem meum, à quo recepi esse ad eius imaginem & similitudinem.

Tertiò, desidero videre Filium naturalem Deum, Iesum, Redemptorem & Salvatorem meum.

Quartò, desidero videre vulnera illa, quae in tua Humanitate, sacras illas monetas, & pretium redemptionis meae.

Quintò, desidero videre Deum Spiritum Sanctum, eodem Deo procedentem, unicum Vivificantem & Sanctificantem animae meae.

Sextò, desidero videre Dominam meam, & Reginam, praeclaram magni Dei Matrem, prodigium gratiae.

... splendorem, cunctorumque Beatorum post  
... gaudium & exultationem.

... Quando veniam & apparebo ante faciem S. Aug. in  
... Patasne videbo diem illam, diem, inquam, ju- Solil. c. 31.  
... Diem, quam fecit Dominus, ut ex-  
... latemur in ea.

... Veni Domine. & noli tardare. Veni Domine Ibidem.

... Christi, veni & visita nos in pace; & reduc vinctos  
... ut latemur coram te corde perfecto. Veni Salva-  
... Veni desideratus cunctis gentibus. Ostende faciem  
... & salu erimus.

... Veni Domine IESU. Veni dulcissime JESU.  
... dulcissime Amor, Jesu Saluator, salva hanc animam  
... Jesu consolator, consolare hunc spiritum meum,  
... me bonum meum, exple tandem, & semper exa-  
... meum.

... Sicut cervus sitibundus currit ad fontes a-  
... ita anima mea sitibunda ad te, Deus, anhelat,  
... te, Deus meus, fontem perennium aquarum  
... vite. Ege venio, ecce expro. Domine IESU,  
... me, rape me, suscipe me, ut cum Sanctis tuis laudem  
... aeterna saeculorum, Amen.

EXEMPLA.

TITUL. III.

Exempla  
confirman-  
tia prefato  
rum aucto-  
rum exercitiu.

... Argulinus ad mortem se paraturus primò sese ab-  
... ceteris aliis negotiis, totumque se dedit  
... orationis, rerumque caelestium contemplationis  
... exercitio. Sanctus item Guarricus Abbas, esto conti-  
... nam vitam senserit tadium & fastidium, morti nihilo  
... proximo ardentioris mentis excessu ad Christi pul-  
... vitudinem contemplandam rapiebatur.  
... Sanctus Chrysolomus ante obitum signavit se signo  
... quo vixerat. Cum Sanctae Mariae Ognacensi  
... articulo comparet Daemon, se muniens Cru-  
... illum profugavit.

I.  
Surius 28.  
Aug. & 6.  
Feb. Marc.  
Moral. li. 5.  
c. 10.  
2. Surius  
27. Ian. &  
De 23. Id.